



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

27 Creditor, non tenetur invitus partem sui crediti recipere.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

cenſurarii, ſed ſatis eſt, quòd illud ſit res immobilis, & verè quocannis reddere poſſit tantam, vel majorem quantitatem reddituum, quàm ſit cenſus impoſitus, 27 ut conſuluit idem Navar. *conſ. 9, numer. 1, decens. par. 1, & Card Tolet. eod. lib. 5, c. 47, vers. ſecundò, ut ſint. poſt med.*

Quantùm ¶ verò ad cenſum juſtam 25 æſtimationem, obſervanda eſt Provin-  
cia conſuetudo, ipſaque communis hominum æſtimatio, quæ cuilibet rei juſtum pretium definire ſolet. *l. pretia ff. ad l. falc. Sylveſtr. in verb. uſura. 2. q. 12. ver. 1. Navar. d. conſ. 9. n. 2. Covar. lib. var. reſol. c. 9. lib. 3. n. 6. verſ. ex quibus & Graff. dict. deciſ. 118. n. 25.* Et communi uſu videmus, quòd valoris pretii prædiorum, nec reddituum eorundem, dummodò tantùm reddant, quantum ſufficiat ad cenſus ſolutionem, non ſit diligens inquiſitio, & & communis provinciæ uſus eſt attendendus, ex ſupra deduſtis.

Aliam ponit conditionem Navar. *eod. com. de uſur. n. 85. vers. quinta, quòd, & nu. 95.* quòd cenſus in toto, vel parte redimi poteſt, quæ non legitur in Pii V. conſtit. Et in extrau. Mart. V. & Calixti III. de 29

26 *empt. & vend. habetur, ¶ quòd venditoribus data fuerat facultas, atque gratia, quòd ipſum annuum cenſum in toto, vel in parte pro eadem ſumma, quàm ab ipſis emptoribus receperat, quancumque vellent, libere extinguere, & redimere poſſent, & ſi ita inter contrahentes fuerat conventum, conventio erat ſervanda. Sed hodie non puto, opinionem Navar. veram, cum ſit expreſſè contra formam, eiufdem conſtit. quòd pro parte redimi poſſit, ſed pro eodem pretio, ut ibi in*

*eod. conſtitut. §. ſicut etiam, & Card. Tolet. de inſtruct. ſacerd. lib. 5. cap. 45. in ſn.*

Creditor ¶ enim non tenetur invitum dividere creditum, & partem recipere, *l. tutor. §. lucius ff. de uſur. & fruſt. & Bart. in l. quidam. n. 2. ff. ſi cert. pet. puto tamen, quòd pacto inter partes convento, legitime & non contra formam conſtitutionis poſſet apponi conditio, ¶ & facultas cenſum in toto, vel parte redimendi, quia non repugnat conſtitutioni; & contractus ex conventionem legem accipiunt. Bar. in l. ſi ut certò §. nunc videndum. ff. commod. pluresque alias conditiones ponit Navar. in eo, com. de uſur. gl. 2. ſub numer. 90. cum pluribus ſeqq. & Greg. de Valent. tom. 3. diſput. 5. quaſt. 22. de cenſ. punct. 7. vers. dico tertio, quæ ſonant potius in pactum & non invalidant contractus, ſed pro non adjectis habentur, quia nullius ſunt momenti; ut in conſtitutione, ibi, nullo modo valere voluimus, & ibi, irrita ſint, & nulla; plura enim pacta, ſi apponantur in cenſus conſtitutione, ſunt nulla, quæ tamen non invalidant contractum.*

Exceptioni ¶ caſus fortuiti, niſi eius, qui venit ex natura contractus, renunciari non poteſt, & facta non tenet, contra regulam *ſed & ſi. §. quaſitum. ff. ſi quis caut. Navar. eod. com. de uſu. d. n. 90.* & tenet idem Navar. quòd conſtituens cenſum obligari non debet, de non alienanda re cenſui ſuppoſita, ſine conſenſu eius, qui cenſum acquiſivit, quia auferret liberam facultatem de rebus ſuis diſponendi contra naturalem æquitatem, qua rerum ſuarum quilibet eſt moderator, & arbiter. In